



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.53. S. Raymundi Pennafortii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Episcopo acceperint, suum amittent Sæcul. XIII.  
cuidam jus, & in anathema latæ sententiæ in. A. C. 1275.  
centem. current. Plurium beneficiorum possessio  
ia reli- inhibetur: sed sufficit gratiam legis fa-  
s erant, ctam ostendere. Retexitur potestas au-  
icosque diendi confessiones noxarumque pœnas  
s mole- condonandi, quæcunque variis Religio-  
pauperi- sis ab Episcopis prioribus data fuerit:  
nitatem salvum tamen jus tribuendæ novæ facul-  
umelias tatis arbitrio Episcoporum relinquitur.  
ensione. Speciatim prohibetur stipis coactorum  
ra quos indulgentias circumferentium receptio  
ur, tri- absque consensu Episcopi.

*c. 7.**c. 6.*

## §. LIII.

*S. Raymundi Pennafortii obitus.*

Alphonsus Castellæ Rex in Franciam  
iturus ad Papam Barcinonem venit  
cum Arragoniæ Rege Jacobo, ibique na-  
talibus Christi feriis an. 1274 transactis  
anni sequentis initio S. Raymundi Pen-  
nafortii exequiis adfuit. Hic sanctus vir *Mariana*  
*extincto B. Jordano Magister Prædicato-* lib. 13. c. 22.  
rum Generalis electus, post biennium, p. 535.  
nempe an. 1240 in vigesimalis comitiis Sup. l. 83.  
generalibus Bononiæ habitis deposito §. 62.  
munere Barcinonem rediit, ubi trigintat. I. Boll. 7. Jan. p. 406.  
quatuor annos litteris ac pietatis exer-  
citiis occupatus egit. Fratrum Prædi-  
catorum constitutionibus in ordinem re-  
dactis, in usum arcanorum Judicium Sum-

Tt 3

mam

Sæc. XIII.  
A.C. 1275.

p. 412.

mam Casuum Conscientiæ compositum, primum, quod sciam, hujus generis opus. Etiam inquisitionis Arragoniæ institutio totius Hispaniæ prima illi adscribitur. Consulebatur undique, ad conciliandos sibi secum versantum animos mire idoneus. Centum propemodum ætatis annos numerans die Epiphaniæ 6 Jan. an. 1275. ad Deum excessit. Justa funebria ambo Reges multique Præfules sua præsentia condecorabant: & quia complura de illo miracula in vita & post obitum edita referebantur, Rex Arragoniæ jam tum coepit eō conniti, ut cælestes illi honores decerentur. Quod tamen non nisi trecentorum post annis a Papa Clemente VIII. factum; & septimus Januarii ejus memoriam consecratus est.

p. 417.  
*Martyr. R.*  
7. Jan.

### §. LIV.

*Alphonsus Imperio longam salutem dicit.*

*Rayn. n. 14.* **R**ex Castellæ octavo post Pascha die nimirum 21 Apr. Galliam ingressus Belicadrum se contulit, ubi cum Papa per aliquot menses miscebat colloquia; sed incassum. Papa se a Rudolpho stare aperire professus, ejus electionem constanter tuebatur: ac Rex Alphonsus se legitimate electum semper affirmans, cum in Hispania